

Universitätsbibliothek Wuppertal

Opera Ciceronis Epistolica

Cicero, Marcus Tullius

Lvtetiae Parisiorum, ad Eidus Ianuar. Anno. MDXXII. Calculo Roma

Widmung

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-687](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-687)

Iodocus Badius Ascensius, Gulielmo Maino liberorum illustrium & felicissime natorum,
D. Gulielmi Budæi Padonomo & præceptori sane q̄ prudenti, & impense cū græcæ linguæ
tum Latinæ docto, S.



Vod sæpe & multum votisq̄ omnib⁹, Maino suavissime, optavi: ut
videlicet aliqua in chalcographiæ nostræ lucubratione, tuorum in
me & in literatos omnes meritorum, honorificam significationē
facerem: hac demū tempestate q̄q̄ calamitosa & chalcographis plu
rimum inimica, nactus sum. Cum etenim operū insignium M. Tul
lii Ciceronis in quatuor iam pridem tomos distinctorum, duorum
tomorum tutelareis præsidēs a priore nostra impressione haberē,
reliquorum anxie summoq̄ delectu disquirerem, in mentē venit re
centium in nos meritorum tum Meccenatis omnium literatorum
plane heroici, ac patroni tui beneficentissimi D. Gulielmi Budæi,
tum tuorum Maino optime vel in hanc lucubrationem nostram.

Bonam enim partem diligentia in hoc opere castigatius imprimendo, illius argutissimo iu
dicio & summæ vigilantiæ, tuæq̄ operæ acceptam ferimus. Siquidem locos q̄ plurimos & mu
tilos & inuersos, ad exemplaria ipsius manu restituta ac emendata, reddidisti integerrimos.
Quocirca e re & officio facturus mihi visus sum, si tomulorum adhuc præsidem desideran
tium, alterum qui Orationes cōtinet, Draconi illius primogenito bellissimo, alterum hunc,
qui Epistolas, tibi dicarem, non sine iustis vtriusq̄, quoad eius per me fieri posset, p̄coniis. id
enim mihi non tam difficile, q̄ magnum videbatur. Nam cum ipsius Budæi parentis ac pa
troni in Rempub. & literariam merita, nullis verbis consequi, nullisq̄ buccis aut buccinis,
etiam si totus (vt ranunculus ille Flacci) insularer, equare valeam: Draconis tamen & tuas lau
des q̄ quis ingenteis, vno ferme præconio æquauero. Draconis quidem, q̄ tanti patris vt opū,
ita virtutum & literarum insignium, vt hæres, ita mirator & assecla sit vigilantissimus: tuas
vero, q̄ patris illius pollice is iam plusculos annos es formatus, ac morib⁹ & literis tam græ
cis q̄ latinis institutus, qui cum summa tua laude indulgentissimis liberis, quibus nihil anti
quius habet, p̄donomus esses & præceptor. Qua quidem laude nescio an maior isti ætati &
fortuna possit contingere. Proinde ne quid deterius illi assuam, boni consule & Vale. E chal
cographia nostra sub Calendas Ianuarii, ad calculum Romanum, Sesquimillesimi ac secun
di & vigesimi.